PULVERES.

PULVIS ALOËTICUS.

℞ Aloës ſocotorinæ P. libram unam,
Canellæ albæ P. uncias tres.

Separatim in pulverem tere, dein miſce.

PULVIS ALOËTICUS cum GUAIACO.

℞ Aloës ſocotorinæ P. unciam unam cum ſemiſſe,
Guaiaci gummi P. unciam unam,
Pulveris aromatici P. unciam dimidiam.

Aloën et guaiaci gummi ſeparatim in pulverem tere; dein omnia miſce.

PULVIS ALOËTICUS cum FERRO.

℞ Aloës ſocotorinæ in pulverem tritæ P. unciam unam cum ſemiſſe,
Myrrhæ in pulverem tritæ P. uncias duas,
Extracti gentianæ exſiccati,
Ferri vitriolati, ſingulorum in pulverem tritorum P. unciam unam.

Miſce.

PULVIS AROMATICUS.

℞ Corticis cinnamomi P. uncias duas,
Seminum cardamomi minoris, demtis capſulis,
Zingiberis,
Piperis longi, ſingulorum P. unciam unam.

Simul in pulverem tere.

PULVIS ASARI COMPOSITUS.

℞ Foliorum exſiccatorum aſari,
majoranæ,
mari ſyriaci,
Florum exſiccatorum lavendulæ, ſingulorum P. unciam unam.

Simul in pulverem tere.

PULVIS e CERUSSA.

℞ Ceruſſæ P. uncias quinque,
Sarcocollæ P. unciam unam cum ſemiſſe,
Tragacanthæ P. unciam dimidiam.
Simul in pulverem tere.

PULVIS e CHELIS CANCRORUM COMPOSITUS.

℞ Chelarum cancrorum præparatarum P. libram unam,
Cretæ præparatæ,
Corallii rubri præparati, ſingulorum P. uncias tres.
Miſce.

PULVIS CONTRAYERVÆ COMPOSITUS.

℞ Contrayervæ in pulverem tritæ P. uncias quinque,
Pulveris e chelis cancrorum compoſiti P. libram unam cum ſemiſſe.
Miſce.

PUL-

PULVIS e CRETA COMPOSITUS.

℞ Cretæ præparatæ P. libram dimidiam,
Corticis cinnamomi P. uncias quatuor,
Tormentillæ,
Arabici gummi, ſingulorum P. uncias tres,
Piperis longi P. unciam dimidiam.

Separatim in pulverem tere, et miſce.

PULVIS e CRETA COMPOSITUS cum OPIO.

℞ Pulveris e creta compoſiti P. uncias octo,
Opii purificati duri in pulverem triti P. drachmam unam cum ſemiſſe.

Miſce.

PULVIS IPECACUANHÆ COMPOSITUS.

℞ Ipecacuanhæ,
Opii purificati duri, ſingulorum in pulverem tritorum P. drachmam unam,
Kali vitriolati in pulverem triti P. unciam unam.

Miſce.

PUL-

PULVIS e MYRRHA COMPOSITUS.

℞ Myrrhæ,
Sabinæ exſiccatæ,
Rutæ exſiccatæ,
Caſtorei ruſſici, ſingulorum P. unciam unam.

Simul in pulverem tere.

PULVIS OPIATUS.

℞ Opii purificati duri in pulverem triti P. drachmam unam,
Cornu cervi uſti et præparati P. drachmas novem.

Miſce.

PULVIS e SCAMMONIO COMPOSITUS.

℞ Scammonii,
Extracti jalapii duri, ſingulorum P. uncias duas,
Zingiberis P. unciam dimidiam.

Separatim in pulverem tere, et miſce.

PUL-

PULVIS e SCAMMONIO cum ALOË.

℞ Scammonii, P. drachmas ſex,
Extracti jalapii duri,
Aloës ſocotorinæ, ſingulorum P. unciam unam cum ſemiſſe,
Zingiberis P. unciam dimidiam.

Separatim in pulverem tere, et miſce.

PULVIS e SCAMMONIO cum CALOMELANE.

℞ Scammonii P. unciam dimidiam,
Calomelanos,
Sacchari purificati, ſingulorum P. drachmas duas.

Separatim in pulverem tere, et miſce.

PULVIS e SENNA COMPOSITUS.

℞ Sennæ,
Cryſtallorum tartari, ſingulorum P. uncias duas.
Scammonii P. unciam dimidiam,
Zingiberis P. drachmas duas.

Scammonium ſeparatim, cætera ſimul in pulverem tere, et omnia miſce.

PUL-

PULVIS e TRAGACANTHA COMPOSITUS.

℞ Tragacanthæ in pulverem tritæ,
Arabici gummi,
Amyli, ſingulorum P. unciam unam cum ſemiſſe,
Sacchari purificati P. uncias tres.

Simul in pulverem tere.

TRO-